



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Vitae Sanctorvm**

complectens sanctos Mensium, Aprilis, Maii & Ivnii

**Lippeloo, Zacharias**

**Coloniae Agrippinæ, 1603**

Martyrīvm SS. Sylvani, Gazae Episcopi, & sociorum, qui varijs  
supplicioru[m] generibus consumpti sunt, Anno à partu virgineo 309. Sub  
Maximino Imperatore, in Oriente regnante. Ex Ecclesiastica ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42716**

AE  
nonio copi  
nibus pon  
dem temer  
ratione ro  
d extremo  
zenem, li  
ri praecep  
n velenos  
ngilimere  
dium idem  
is induit  
ui illuc  
mperman  
es, pallid  
s esse. Qu  
nultò mag  
prompta &  
eranoris ab  
in proper  
onstanci in  
ore ardor  
anta odor  
, vr do  
Julianus  
in cordelis  
sent, quin n  
operent, ac  
Et illi qui  
: virgin  
re lepulti  
mine, pro  
us oraculo  
vertice, ex  
fluctu.

IV. MAI.

531

strato quodam sacello, honorifice collocauit;  
armonti deinceps, hunc titulum indidit: *Mons con-*  
*gregationis*, in quo virgo Pelagia, quæ seipsum  
Deo obtulit, & pro veritate certauit, requiescit.

HARTYRIVM SS. STLVANI, GAZAE

C Baron:  
tom. 3. annual

Episcopi, & sociorum, qui varijs suppliciorū ge-  
neribus consumpti sunt, Anno à partu virgineo  
309. Sub Maximino Imperatore, in Oriente re-  
gnante. Ex Ecclesiastica historia Eusebij Cæsare-  
ensis lib. 8. cap. 22:

**C**VM septimus intentatæ contra nos per-  
secutionis iam propè confectus esset an-  
nus, & res nostræ sensim, & quasi tacito  
gressu ad quendam trāquillitatem securitatem.  
que prolaberentur, & ad octauum annum defle-  
terent, in quo non exigua confessorum multi-  
tudo apud metalla in Palæstina cogebatur, qui  
magna iam in ritibus religionis perfungendis  
libertate vivebantur, adeò ut dormos in Ecclesiæ  
adficarent: Præfectus prouinciæ vir sœuus &  
improbus, quale scelera eius in martyres Chri-  
sti admissa ipsum planè commonistrabant, &  
statim profectus, simulatque facta & vitæ insti-  
tutionem eorum qui ibi degebant audiuerat,  
Imperatorem facit per litteras certiorem, & in  
issem ea quæ ad eorum famam violandam ma-  
nuē valere putabat, ad eum perscribit. Vnde  
quæ metallorum venis præerat eō accessit, & tā-  
quam ex Imperatoris mandato, confessorum se-  
gregauit multitudinem, sicque distribuit, ut de-  
inceps alij Cyprum, alij Libanum incolerent; a-  
lios etiam in alia Palæstinæ loca dispergiens, o-  
mnis varijs laborum molestijs vexari conteri-  
que

A. Maij.  
Quod ad Syl-  
vum & a-  
lios quosdā  
attinet.

532 DE S. SYLVANO & ALIIS MART.  
que precepit. Deinde quatuor ex eorum summo  
re eximens, qui principem locum inter eos tem-  
re videbatur, ad magistrum equitū mititus, quoniam  
duo Petrus & Nilus appellabantur AEgyptio-  
rum episcopi, tertius presbyter fuit. His etia  
quartus accessit Pater mythi<sup>3</sup>, vir propter singula-  
re erga omnes pietatis studiū facile clarissimus.  
Ex quibus magister equitū religionis & fidicin  
Christū inficiacionē postulat: atq; haud compo-  
voti factus, eos ignis incendijs cremados tradit.

Hoc mar-  
tyrium inci-  
dit in 19. Se-  
ptember die.

S. Sylvanus  
egregius  
martyr.

Iohannis  
martyr ex-  
ecutio mira  
memoria.

Alij rursus ex confessoribus, qui aut proper-  
ingrauescentem statem, aut membra inutilia,  
aut alias corporis infirmitates erant illo operi  
ministerio soluti, ibi in locum separatum ad in-  
colendum amandati. Quorum primas tulit Iohannes  
Episcopus Gazze, qui pium virtutis mem-  
men & egregium exemplar Christianismi on-  
nibus ostendit. Iste à primo die persecutio-  
(prope dixerim) ad extremum, usque per totum tem-  
poris spatium, varijs certaminibus, pro crebra  
dei confessione, decursis nobilitatus, ad illumina-  
toris articulum reseruabatur: ut omnia certami-  
na martyrum in Palestina interfectorum, posse  
mus quasi sigillo crux ob-signaret. Cum co-  
iuncti erant ex AEgypto complures; inter quos  
erat Iohannes, qui memoriam bonitate facilen-  
tia nostra temporis superauit: & quanquam ante  
te luminibus orbatus erat, tamen tortores adeo  
sæui, truculenti, crudeles, & immanes fuerunt, ut  
propter egregiam in Christi nomine confitendo  
constantiam, qua magnoperè excellebat, tum in  
nitis cauterijs eius pedem pari ratione cum aliis  
prorsus labefactarent, tum pupillam oculique  
visum amiserat, candente ferro exurere. Eum  
autem ob morum probitatem & piam viuenti-

rationem, præsertim cùm cæcus esset, non est quod quisquam tantoperè admiretur: quâdoquidem illud non tantum habet admirationis, quâcum memorie vis, qua quidem integros sacram Scripturarum libros, non in tabulis lapi-  
deis, ut ait Diuus Apostolus, neque in animaliū <sup>2. Cor. 3.</sup>  
pellibus, membranis, aut chartis, quæ vel tineat  
confidunt, vel temporis consumit diuturnitas:  
sed in tabulis reuerâ cordis carneis, id est, in ani-  
mo solerti, & sincera mentis intelligentia tan-  
quam scriptos habuit; adeò ut quando visum e-  
rat, interdum legis & Prophetarum testimonia,  
sæpè historias, nonnunquam euangelia, aut Apo-  
stolorum scripta, memoriter ex animi domici-  
lio, sâquam ex quodam literarum thesauro, pro-  
ferre potuerit.

Vide Pris-  
rū Christi,  
anorum &  
excitia.

Illis autem quos diximus in loco separato  
commorantibus, & consueta ipsorum vitæ insti-  
tuta in orationibus, in ieiunijs, in reliquis exer-  
citionibus exequentibus, Deus ipse dexteram  
benignam & propitiam porrigena, largitus est,  
ut per martyrium salutarem vitæ exitum con-  
sequerentur. Hostis namque & aduersarius no-  
ster diabolus eos quidem, vt potè precibus at-  
tentissimè ad Deum fusis, contra ipsum armatos  
non amplius ferre poterat: sed sicuti purabat,  
molestiam ipsi exhibentes trucidare, & è terra  
tollere instituit. Quippè Deus illi hoc agere mo-  
lenti potestatem concessit, vt pariter nec ipse  
ab improbitate, quam dedita opera decreuisset,  
vila ex parte arceretur: & hi præclara pro mul-  
tis suis ac varijs certaminibus præmia iam tan-  
dem acciperent. Ea de causa ex scelestissimi Ma-  
ximi imperat. mandato, uno die vnde quadra-  
ginta martyres capitis poena mulctantur

Martyres

MAR-